- 124) Cfr. *RIS* 5 (1953) 209-210. Relatio Fratris NICASII de morbo et morte R.mi Patris in *Inter Nos. Extra nummer* (Juli 1953) 3-4. Epistola brevis Pl. RP. is E. ZETTL diei 13 iun. 1953 de morbo R.mi Patris habetur in *Rundbriefe für die niederdeutsche Provinz der Redemptoristen* 1953 n. 2 (21 VI 1953) 9. *Gli ultimi giorni del Rev.mo Padre Generale: S. Alfonso* 24 (1953) 106-109. H. NIEMANN, De ultimis defleti Rev.mi P. Generalis diebus terrestribus relatio: *Analecta* 25 (1953) 172-179.
- 125) Specimina in *RIS* 5 (1953) 211, 213.
- 126) *La morte del Superiore generale dei Redentoristi: L'Osservatore romano* 30 VI 1953, 2. Habetur etiam in *Analecta* 24 (1953) 79-81.
- 127) Cfr. *RIS* 5 (1953) 212. *Epist. Pl. RP.is H. VAN DER MEULEN, Sup. Prov. Hollandiae in Inter Nos. Extra nummer* (Juli 1953) 4-5.
- 128) Cfr. *RIS* 5 (1953) 212.
- 129) *Verslag van de begrafenisplechtigheid van den Hoogwaardigsten P. Generaal L. Buijs te Wittem: Inter Nos. Extra-nummer* (Juli 1953) 6-8. *Lijkrede R.us P. Generaal L. Buijs, uitgesproken te Wittem, 14 Juli 1953, door Prof. Dr. J. PETERS CssR.*: *ibid.* 9-12.
- 130) *RIS* 2 (1950) 93.
- 131) Elogium funebre habetur in *S. Alfonso* 24 (1953) 99-102.

DOCUMENTA



PETRUS BERNARDS

DIPLOMA ORIGINALE DOCTORATUS S. ALFONSI
IN ARCHIVO VATICANO INVENTUM

Cum anno 1951 in Arch. Vatic. processum Datariae Apostolicae circa elevationem s. Alfonsi in sedem episcopalem S. Agathae Gotorum perquirerem, subito inter folia voluminis 139 *Proc. Dat.* apparuit diploma originale pergamenum (ca. 60 × 80) doctoratus s. Fundatoris nostri, quod iam multoties quaesitum, nunc casu quodam, loco inopinato, inventum erat. Illud volumen 139 *Proc. Dat.* continet in foliis 67-71 acta processus Datariae de Alfonso Maria de Liguori. Inter folia numerata 69 et 70 inveniuntur quattuor folia non numerata, quae praebent varia testimonia afferenda de episcopo electo, e.g. testimonium baptismi, ordinationis sacerdotalis, professionis fidei etc. His quattuor foliis annexa est charta pergamena plicata, quae est diploma originale doctoratus s. Alfonsi in utroque iure. Subsignatum est subscriptionibus manu propria Vice-Cancellarii universitatis Neapolitanae Andreae Bottiglieri et Secretarii Antonii Cesis. Valde dolendum est, quod sigillum Cancellarii, in textu memoratum, ex parte inferiore diplomatis avulsum fuit, cuius avulsionis vestigia in charta originali adhuc bene conspici possunt.

Primum dabo transcriptionem exactam totius textus diplomatis, deinde brevem synopsim omnium rerum, de quibus in textu documenti agitur.

A. TRANSCRIPTIO TEXTUS DIPLOMATICIS

Marinus Franciscus Maria Caracciolum Arcella, Abellinatum Princeps, Dux Atripaldae, Marchio Status Sancti Severini, Comes Galeratae Vespolati, ac Status Sereni Baroniarum Lancusiorum, Saragnani, Baronissi Sal-sulae, Montis frigi, et Candidae Domnus, Cataphractorum Dux, Aeques Aurei Velleris, ex Hispaniarum primae Classis Magnatibus unus, Regni-que huius perpetuus Magnus Cancellarius.

[I, 1] Universis et singulis Mundi praelatis, Principibus, Domnis, Communitatibus universisque, cunctis et singulis, quibuscumque hoc pu-blicum Doctoratus Privilegium inspecturis: Maioribus debitam reverentiam,

Amicis quoque, caeteris salutem, et prosperos ad vota successus in eo, qui est omnium vera salus.

[I, 2] Ad altum scientiarum gradum eminentemque Cathedram, et supremi Doctoratus celeberrimam dignitatem digne scandere promerentur ii, quos laboris studiis, acuto ingenio, et continua vigiliis gloriosam palam sapientiae consequutos, Gloriosa et veneranda toto orbe terrarum famosissimi studii Neapolitani authoritas dignis laudum testimoniis perhibet comprobatos, ita ut pariter promoti et approbati apud universos Mundi Principes et Rectores pro eorum assistentia caeteris aliis hominum generibus singulis veniant dignitatibus, Privilegiis, honoribus et laudibus merito coaequandi et saepius praefereendi.

[II.] Cum igitur Magnificus et Peritissimus Dominus Alphonsus de Liguoro (1) Aeques Neapolitanus Scholaris in Jure Pontificio et Cesareo huius incliti generalis studii Neapolitani, quem scientia, moribus et virtutibus specialis praerogativa honoribus decoravit, Praeminentissimo utriusque Juris Doctori Domno Andreae Botteglieri Vice-Cancellario praesentatus fuit, ut ad Doctoratus et Magistratus dignitatem, si ad id idoneus compertus fuerit in Jure Canonico et Civili, assumeretur, et proinde capta informatione repertum est, dictum Magnificum Domnum Alphonsum studuisse per quinquennium, et quia non habeat aetatem completam annorum 21 juxta formam Regalem Litterarum; Ideo per Suam Majestatem fuit dispensatum, et die 17 mensis Januarii 1713 acceptis punctis tentativis Vide-licet in Jure Canonico: Capitulo finali de Clericis Conjugatis (2), in Jure Civili: Lege prima Codicis de secundis nuptiis (3), die sequenti facto diligenti examine super praedictis, coram Magnificis Joseph Porpora et Hyacinto de Baucio utriusque Juris Doctoribus, visum est, quod ad Doctoratus fastigium scandere possit (4).

[III.] Deinde vero per Magnificos utriusque Juris Doctores Joseph Valletta et Joseph Porpora, ipsius Magnifici Domni Alphonsi in Jure Canonico et Civili Promotores, coram praedicto Praeminentissimo Domno Vice Cancellario iterum praesentatus fuit, ut ad dignitatem praedictam Doctoratus et Magistratus, quia ad id idoneus compertus fuerat, ut suam assumeretur, et die vigesimo mensis Januarii Millesimo septimcentesimo decimo tertio acceptis punctis Ordinariis, Vide-licet in Decreto: Capitulo « placuit », Distinctio 71 (5); in Decretali: Capitulo « ratio nulla » de praebendis et dignitatibus (6), in ff. Lege « huius » de pactis (7), in Codice: Lege « placuit », Codicis de Judiciis (8), die sequenti ingressus est inter Magnificos Doctores de Collegio praedicto in numero opportuno congregatos in nostris Domibus, et Apertis Januis suam lecturam prosequutus est, evidentia doctissimi praemittendo, casus intermino figurando Juris, legesque legendo, glossas cum inductionibus omnium Jurium formalium apte,

intelligibiliter et Magistraliter recitando, et copiose reassumendo cum solitis et opportunis quaestionibus, et contrariis evacuatis.

[IV.] Quiquidem Magnificus Dominus Alphonsus, in eius scientia et facundia, memoriae facilitate modoque legendi, praedictisque et aliis, quae in huiusmodi actibus requiruntur, legitime et attencte [!] cognitis et actis, prout in dictis eius examinibus ita laudabiliter, animose et egregie se gessit, quod tam a nobis seu praedicto Praeminentissimo Domno Vice-Cancellario quam aliis Magnificis Doctoribus Collegiatis unanimiter fuit pro sufficienti, habili, et ut idoneus approbatus, summo cum honore maximisque laudibus et admiratione admissus in dicto utroque Jure pro benemerito et ut idoneus atque dignus unanimi consensu, pari voto, concorditer, Viva Voce, Vivisque Suffragiis, ac nemine penitus discrepante. Et per nos seu per dictum Praeminentissimum Domnum Vice-Cancellarium suae approbationis et licentiatura tam publica quam privata documenta reverentissime postulavit.

[V.] Nos igitur consideratis scientia, moribus et virtutibus, quibus praedictum Magnificum Domnum Alphonsum Altissimus illustravit, prout in dictis eius examinibus nobis constitit ex relatione dicti Praeminentissimi Domni Vice-Cancellarii et aliorum Doctorum Collegii praelibati, auctoritate nostri Cancellariatus Officii, Christi eiusque Matris Gloriosissimae Virginis Mariae nominibus invocatis eundem Magnificum Domnum Alphonsum in dictis Legibus dignissimum ac benemeritum ad habendum et exercendum Officium, culmen, apicem, honorem et dignitatem ac insignia [!] Doctoratus in dicto utroque Jure pronunciamus, asserimus et declaramus, et ex nunc recipimus et admittimus, ac coetui, et nostro aliorumquem Doctorum tenore praesentium, aggregamus, graduamus et effectualiter congregamus, eique in nostri seu praedicti Praeminentissimi Domni Vice-Cancellarii praesentia personaliter constituto tamque digno et benemerito legendi, glossandi, interpretandi et Cathedram Magistraliter ascendendi, et omnes alias actus Doctorales publice faciendi et exercendi hic et alibi, et quocumque se contulerit, conferendum licentiam et omnimodam potestatem per praesentes concedimus, dictisque Magnificis Promotoribus nostri nomine per praedictum Praeminentissimum Domnum Vice-Cancellarium facultatem elargiti fuimus, ut ipsi Magnifico Domno Alphonso insignia Doctoratus et honestamenta, ut moris est, exhibeant.

[VI.] Quam ob rem dicti Magnifici sui Promotores eidem insignia Doctoratus dederunt et exhibuerunt: Videlicet: Primo: Cathedram, secundo: Librum clausum et deinde apertum, tertio: Annulum aureum eius digito, quarto: Biretum suo Capiti, quinto: Osculum pacis, et benedictionem Paternam ad laudem Omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

[VII.] Quiquidem Magnificus Dominus Alphonsus post supradicta professus fuit juxta formam Bullae Sanctissimi Pii olim Papae IV, praesentibus Magnificis Hyacinto de Baucis, Dominici Joseph Garrigliono, Marco Antonio Bianco et Joanne Baptista Vespoli utriusque Juris Doctoribus et aliis.

[VIII.] Et tandem post supradictam Doctoratus dignitatem praedicto Magnifico Domno Alphonso ut suam traditam eo instante et petente, se admitti ad Collegium, fuit provisum, quod capiatur informatio de eius nativitate.


[IX.] Quaquidem informatione postmodum capta, fuit interpositum Decretum tenoris sequentis: Videlicet: « Die 26 mensis Januarii 1713, Neapoli. Visa fide facta per Magnificum Secretarium Sedilis Porta nova, ex qua constat et declaratur, Dominum Doctorem Alphonsum de Liguoro esse Aequitem supradicti Sedilis, et gaudere omnibus Privilegiis, honoribus, dignitatibus et praeheminentiis, quibus gaudent caeteri Aequites eiusdem Sedilis (9), Visisque scripturis praesentatis, per quas constat dictum Dominum Doctorem Alphonsum esse filium legitimum et naturalem Domorum: Domni Joseph de Liguoro et Domnae Catherinae Cavalieri, ac esse ortum in hac Fidelissima Civitate Neapolis, factaque relatione in Almo Collegio Neapolitano per Magnificum utriusque Juris Doctorem Domnum Andream Botteglieri, Causae Commissarium et Vice-Cancellarium et quia constat, praedictum Domnum Doctorem Alphonsum de Liguoro esse Nobilem et Aequitem supradicti Sedilis Portanova; Ideo per dictum Almum Collegium fuit provisum et decretum, eundem Domnum Doctorem Alphonsum esse admittendum ad praedictum Almum Collegium tamquam Aequitem Neapolitanum prout praesenti Decreto admittitur ad praedictum Almum Collegium et intelligatur admissus a die sui Doctoratus, qua die petit admitti. Hoc suum etc. Andreas Botteglieri Vice-Cancellarius et Commissarius, Cesis Secretarius ».

[X.] In cuius rei testimonium, dictique Magnifici Domni Alphoni de Liguoro Aequitis Neapolitani cauthelam praesentes fieri fecimus subscriptas propria manu supradicti Praeminentissimi Domni Vice-Cancellarii, ac infrascripti Magnifici Secretarii dicti Almi Collegii, nostrique Sigillii rotundi ad arma nostra sculpti roboratas et munitas.

Datum Neapoli, die 19 mensis Martii 1713. Regnante Serenissimo Carolo Dei Gratia Hispaniarum Rege, et Divina favente Clementia Romanorum Imperatore semper Augusto etc.

(Subscriptio manu propria): Andreas Bottiglieri Vice-Cancellarius. Antonius Cesis Almi Collegii Neapolitani Secretarius.

Privilegium Magnifici Domni Alphoni de Liguoro Doctorati in utroque Jure sub die 21 mensis Januarii 1713.



MARINUS EBAN MARIA CARACCIOLO SARCELLA

bellum Principis, D^r Atpalde, Marchia Status S^r Secundi Comitis Galerio Vespalio ac Status Secundi Baronii Lanctus Camphrator, Dux Regia Aupa, Vellere, ex Hispaniorum Regum Sanguien Baroniis Salute Monistisq^e d^r & Caudata.

Primum Clavis. Macrourus businus Bergmanni Indos Semperiatus M. nigra Cancellarius

cento Elementa Rerum Imperatorum Semper Augusti
Aeneas Bassus, His Gallis

100

L'Uomo de Liguro Docciorati in utero. [u. subdita 211^a Januarii 1713.]

B. SYNOPSIS DIPLOMATICIS

In hoc diplomate Doctoratus s. Alfonsi *sub numeris ab editore ad textum appositis* sequentia proponuntur:

- I. Introductio solemnis totius documenti:
 1. Salus dicitur cunctis et singulis hoc publicum documentum inspecturis;
 2. Agitur de valore et emolumento dignitatis Doctoralis ab universitate Neapolitana exhibitae.
- II. Preambula dignitatis Doctoralis a D. Alfonso expleta:
 1. Studium quinque annorum in universitate Neapolitana,
 2. Dispensatio ab aetate requisita,
 3. Examen factum super punctis tentativis.
- III. Lectura publica D. Alfonsi super punctis ordinariis, die 21 Ianuarii 1713 (Datum speciale Doctoratus!).
- IV. Votum unanime omnium Doctorum Collegiorum de idoneitate D. Alfonsi ad dignitatem Doctoralem assequendam. D. Alfonsus postulat documenta suae approbationis.
- V. Cancellarius universitatis sollemniter declarat D. Alfonsum ut Doctorem in utroque Jure et facultatem ipsi concedit, Cathedram magistraliter ascendendi et omnes alias actus Doctorales publicae exercendi. Promotoribus facultas conceditur ad tradenda insignia Doctoratus.
- VI. Traditio insignium dignitatis Doctoralis.
- VII. Professio fidei novi Doctoris iuxta Bullam Pii IV.
- VIII. Petatio D. Alfonsi, ut admittatur in Almum Collegium Doctorum Neapolitanorum.
- IX. Textus Decreti assumptionis D. Alfonsi in Almum Collegium Neapolitanum, dati sub die 26 Ianuarii 1713.
- X. Confirmatio totius Documenti subscriptione, manu propria, Vice-Cancellari et Secretarii, et Sigillo (nunc avulso) Cancellarii, sub die 19 Martii 1713.

Unicuique bene perscrutanti materias huius examinis Doctoratus in utroque Iure patere debet, s. Alfonsum, tum septemdecim annos nondum habentem, revera solida scientia ornatum privilegium Doctoratus acquisivisse. Liceat tandem adhuc memorare, illud ultimum « punctum Ordinarium » examinis s. Fundatoris ex Cod. Just. 3, 1, 8 quasi ideam matricem apparere totius futuri operis Magistri Theologiae moralis: « Placuit, in omnibus rebus praecipuam esse iustitiae aequitatisque quam stricti iuris rationem ».

A D N O T A T I O N E S

1) De modo scribendi « Liguoro » confer O. GREGORIO, *Contributi biografici. I Liguoro: S. Alfonso de Liguori. Contributi bio-bibliografici*; Brescia, 1940, 19-22.

2) I. e. *Corp. Iur. Can.*, *Decretalium Collectiones* 3, 3, 1. En textus huius capituli: « Ut consultationi tuae breviter satisfiat, respondemus, quod R. miles tuae dioecesis, qui, sicut tibi humiliter est confessus, olim, quum in minori esset constitutus aetate, quum modicum sciret legere vel cantare, tonsuram tantum et coronam clericalem assumpsit, quam gestare inter milites et laicos erubescit, non est cogendus deferre habitum clericalem ». (Citatio secundum: AEMILIUS FRIEDBERG, *Corpus Iuris Canonici*. Pars II, *Decretalium Collectiones*; Lipsiae, 1881).

3) I. e. *Cod. Iust.* 5, 9, 1. En textus huius Legis: « Si qua mulier nequaquam luctus religionem priori viro nuptiarum festinacione praestiterit, ex iure quidem notissimo sit infamis. Praeterea secundo viro ultra tertiam partem bonorum in dotem ne det neque ei testamento plus quam tertiam partem relinquat. Omnium praeterea hereditatum legatorum fideicommissorum suprema voluntate relictorum, mortis causa donationum sit expers. haec namque ab heredibus vel coheredibus aut ab intestato succendentibus vindicari iubemus, ne in his, quibus correctionem morum induximus, fisci videamur habere rationem. His etiam amittendis, quae prior maritus ei supra reliquerit voluntate, quamquam haec, quae mulieri a priore viro relinquuntur et per immaturum matrimonium vacuata esse cooperunt, primo a decem personis edicto praetoris enumeratis, id est adscendentibus et descendantibus et ex latere usque ad secundum gradum, scilicet gradibus servatis, deinde praesumi a fisco iubemus. Eandem quoque mulierem infamem redditam hereditates ab intestato, vel legitimas vel honorarias, non ultra tertium gradum sinimus vindicare ». (Citatio sec.: *Corpus Iuris Civilis*, Ed. stereot., vol. 2, *Codex Iustinianus*, recogn. P. KRUEGER, Berolini-Weidmann).

4) Cum his, quae hucusque in hoc documento allata sunt, optime concordant, quae prima vice iam RP. A. FREDA ex aliis fontibus diligenter illustravit in commentario: *S. Alfonso Universitario: S. Alfonso de Liguori. Contributi bio-bibliografici* 81-110.

5) I. e. *Decretum Gratianum* 1, 71, 3. En textus huius capituli: « Placuit, ut qui cumque in ecclesia vel semel eligitur, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur ». (Citatio sec. AEM. FRIEDBERG, *Corp. Iur. Can.*, Pars I, *Decretum Magistri Gratiani*, Lipsiae, 1879. In hac editione Distinctio allata numeratur ut 72, in editione Romana, quae mihi non ad manus erat, ut 71 numeratur, sicut in documento).

6) I. e. *Corp. Iur. Can.*, *Decretalium Collectiones* 3, 5, 3. En textus huius capituli: « Ratio nulla permittit, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, propriis cuiusquam usibus applicetur ». (Citatio sec. AEM. FRIEDBERG, Lipsiae, 1881).

7) I. e. *Corp. Iur. Civ.*, *Digesta* 2, 14. En textus huius Legis: « Huius edicti aequitas naturalis est, quid enim tam congruum fidei humanae, quam ea quae inter eos placuerunt servare? Pactum autem a pactione dicitur (inde etiam pacis nomen appellatum est) et est pactio duorum plurimum in idem placitum et consensus. Conventionis verbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendique causa consentiunt qui inter se agunt: nam sicuti convenire dicuntur, qui ex diversis locis in unum locum colliguntur et veniunt, ita et qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, id est in unam sententiam decurrunt. adeo autem conventionis nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius nullum esse contractum, nullam obligationem, quae non habeat in se conventionem, sive re sive verbis fiat; nam et stipulatio quae verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est. Sed conventionum pleraque in aliud nomen transeunt: veluti in exemptionem, in locationem, in pignus vel in stipulationem ». (Citatio sec. *Corp. Iur. Civ.*, Ed. stereot., vol. 1, *Institutiones*, recogn. P. KRUEGER, *Digesta*, recogn. THEOD. MOMMSEN, Berolini-Weidmann).

8) I. e. *Cod. Iust.* 3, 1, 8. En textus huius Legis: « Placuit in omnibus rebus praecipuam esse iustitiae aequitatisque quam stricti iuris rationem ». (Citatio sec. *Corp. Iur. Civ.*, vol. 2, Berolini-Weidmann).

9) Cfr. O. GREGORIO, *Contributi biografici. V Tra i cavalieri di Portanuova: S. Alfonso de Liguori. Contributi bio-bibliografici* 41-48.

RAYMUNDUS TELLERIA

DOCUMENTA VATICANA DE APPARITIONIBUS,
SCALAE, IN S. HOSTIA OBSERVATIS, AN. 1732, 1733

i. Quoties primaevos Congregationis nostrae annales pervolvimus, admiratione percellimur ex copiosa eventuum supernaturalium iteratione, sive in Sancti Alfonsi ad Institutum condendum impulsione, sive in plurimis adiunctis quae nascentis operis ortum collustrant. Nihil igitur mirum si, spiritu rectae critices acti, historici nostri quandoque inquirere voluerint an revelationes seu visiones et alia eiusdem generis facta veritati obiectivae, ac quo gradu, respondeant. Hic elucet quanti sint momenti documenta vaticana infra relata, quibus prodigiosum factum narratur apparitionum, et quidem multiplicium, in s. Hostia Scalensi an. 1732 ante oculos obversantium eorum, qui ante et post Congregationis nostrae initium expositioni eucharisticae aderant.

Hucusque enim de his apparitionibus duplex ad nos pervenerat privata relatio, quae an. 1926 in *Analectis CssR.* 5 (1926) 292-297, edita est, epistola nempe quam episcopus Falcoia die 12 sept. anni 1732 ad s. Alfonsum de manifestationibus mirabilibus transmiserat, et narratio cuiusdam Sororis anonymae predictam visionem confirmans novasque adiungens apparitiones mense novembri comprobatas.

Nunc autem, ex quo an. 1942 in Archivo secreto vaticano nova documenta infra transcribenda comperimus, pleniori luce tot eventus extraordinarii perfunduntur, eorum testes nominatim designantur simulque clarescit quanto ipsorum agendi ratio consilio ac veritatis studio inspirata fuerit (1). De apparitionibus namque non solum uterque episcopus, Falcoia, Stabiensis (Castellammare di Stabia), et Santoro, Scalensis (Scala), per litteras ad Nuntium apostolicum neapolitanum, Rainerium Simonetti loquitur verum universi etiam ac singuli testes omni exceptione dignissimi opinionem suam proferunt, et quidem in tribunali canonico ac iuramento de veritate dicenda praemisso. Immo, ipse Christi Vicarius, Clemens XII, de novitatibus Scalensibus ac de terrae motu regionali per cardinalem Secretarium Status certior redditus, exoptavit ut sibi penitior rerum notitia adferretur post processum canonicum congesta. Ita sane factum est ut Romam haud cunctanter mitteretur non quidem depositionum textus originalis, sed eiusdem compendium ab autographo Scalensi tractum, quin tamen de Congregatione nostra verbum ullum misceretur.

2. Quod si quis, documentis propriis inspectis, exquirere hodie satagat obiectivam apparitionum realitatem, in eam difficultatem impingeat, quae communis esse solet aliis revelationum ac visionum narrationibus: unitatem videlicet deprehendet in substantia, varietatem in adjunctis; alius enim plurima ac distincta percepisse asserit, alius ex opposito generalia tantum et confusa. Essentialis tamen veritas in nostro casu eo magis credenda manet, quod testes doctrina, prudenter atque aetate praestantes absque passione promunt quae cuique oculis cernenti comparuisse visa sunt. Ad haec, hallucinationi viam paecludendo, obstacula removere curarunt, quae et luminis reflexionem et obiectorum visibilitatem et adstantium suggestionem immutare possent.

Interpretatio quam factis Scalensibus tribuunt qui expositioni eucharisticae interfuerunt, duplex videtur, alia privata, alia publica. Privatum sine dubio eosdem animi sensus fovebant ac Ecc.mus Falcoia, qui in supra dicta epistola Sancto Alfonso die 12 septembbris missa innuebat talibus supernaturalibus signis « Divinam Majestatem Institutum approbare et ad cruces portandas praemunire voluisse » (*Anal.*, V, 293); subiunxit tamen nondum esse opportunum rem divulgari ideoque silentio cooperiendam. Hoc quidem silentium eo magis servandum duxerunt in documentis posterioribus, quod in ipsis notitia quasi ex officio cum Nuntio Apostolico et per ipsum cum Sede Apostolica conferebatur, cui primi gressus nascentis Congregationis prorsus ignoti manere debebant. Quare ne in suspicionem quidem romanae auctoritates de Instituto inaugurato venirent, Ecc.mus Falcoia suam Scalae praesentiam quasi purgare studet necessitate « mutandi caelum » (*per godere dell'aera*), dum Ecc.mus Santoro aegre explicat se ad ecclesiolae portam sistitisse ne Episcopo hospiti turbationem (*soggezione*) crearet.

Publice, contra, in suis ad Sanctam Sedem relationibus fundamentum apparitionum repetunt ex gravissimo terrae motu, qui eodem fere tempore, et speciatim die 29 novembbris, concussit quasdam regni neapolitani regiones (*Anal.*, V, 295): hinc preces publicae ac privatae indictae necnon rogationes ad placandam divinam indignationem. Publice etiam, transacto ventennio, Joannes B. De Donato ejusque asseclae Congregationis SSmi. Sacramenti, titulum sui Instituti ac devotionem erga Eucharistiam mutuabuntur « ex miraculo, quod in civitate Scalarum, dum ibi morabatur, evenit: exponentibus siquidem ipsis Scalarum dignatus fuit caelestis Dominus se sub Agni Immaculati vel Salvatoris aut alia sub specie non uni aut paucis, sed fere omnibus visibilem intuendum proferre idque adeo certum atque extra omnem dubitationis aleam fuit, ut Josepho [recte Antonio] Mariae Sanctorio, tum Scalarum episcopo, fuit ex auctoritate S. Sedis Apostolicae diligens capta inquisitio » (2).

3. Nec inania videntur alia quae ex documentis flunt consequentia. Ipsi namque vel obiter perspectis, nomina sodalium cognoscimus, qui Congregationis

nostrae cunabula paepararunt, vel saltem qui post primum inaugurationis mensem Scalae, tempore processus canonici, morabantur. Locum pariter distinguimus inter ipsos Sancto Alfonso reservatum, qui licet familiae superior expresse minime compellatur, primus tamen ex confratribus ad declarationem coram tribunali promendam accedit. Sigillum quoque Instituti nostri in sua, ut creditur, cum apparitionibus connexione historica roboratur. Praeterea in memoriam nostram revocant haec documenta ostensorium piissime usque in praesens a sororibus scalensibus fideliter custoditum, quod duorum saeculorum lapsu tot Sancti Alfonsi filii, ex dissitis etiam regionibus peregrini, saepe venerati sunt. Ecclesia demum seu potius ecclesiola Monialium commemoratur eiusque angustum spatium oratorio cardinalis Rospigliosi adsimilatur; illo autem tempore magis angustum forsan dices, quoniam — sicuti ex ineditis Curiae Ravellensis fontibus novimus — sub finem saeculi XVIII parvum templum refectum fuit, non tamen ita ut angulus presbyterii, ubi clathrum (*fenestrino*) colloquii Sancti Alfonsi cum Ven. Maria Caelesti ostenditur, quidquam immutaretur (3).

4. Superest ut de fonte vaticano, unde hausimus documenta, breviter eloquamus. Alia inveniuntur in sectione Archivi Secreti, quae Nuntiatura neapolitanae saec. XVIII (*fondo: Napoli*) communicationes, «avvisi», folia periodica et his similia retinet; alia vero in sectione sic dicta Episcoporum (*fondo: Vescovi*), ubi epistolae adservantur, quae Episcopi totius orbis super quaestioni bus privatis Romam mittebant. Nec semper nec omnes epistolae servatae sunt aut saltem minime singulae litterae ad nos pervenerunt. Nihil igitur mirum si Episcopus Scalensis litteris 7 februarii an. 1733 infra relatis ad alias alludat sibi a Card. Secretario Status die 24 ianuarii, ex pracepto S. Pontificis, datas nec in Archivo apostolico congregatas.

Quod processum Scalensem spectat animadvertere iuvat remissum non fuisse Romam instrumentum originale aut transumptum authenticum, sed compendium dumtaxat a folio ad folium exaratum. Originale, ut credimus, in Curia Scalensi vel Ravellensi mansit ibique ipsum reperire sategimus, necnon in Archivo Curiae Amalphitanae, quo non pauca Scalensia documenta configurerunt; at usque in hodiernum diem nostrae indagationes in cassum abierte.

Huius compendii scriptura, etsi lectu haud difficilis, calamo sat imperito facta est ideoque in stylo et syntaxi lima desideratur. Nos vero fidelitatem cum textus intelligentia in transcriptione praesenti sociare curavimus.

A D N O T A T I O N E S

1) Cfr. R. TELLERÍA, *S. Alfonso M. de Ligorio I*; Madrid 1950, 196 ss.

2) Archivum curiae Teanensis (Teano). Visitatio an. 1753, fol. 278.

3) Archivum olim curiae Ravellensis (Ravello). MM. Redentoriste, Scala, doc. XIV. XVI (1793), 1794.

EPISTULAE VARIAE QUAE PROCESSUM CANONICUM
DE APPARITIONIBUS SCALENSIBUS PRAECEDUNT

- i-a. Epistula Nuntii apostolici neapolitani Simonetti, ad Cardinalem Ant. Banchieri, Secretarium Status, Romae, 13 dec. 1732 (*Arch. vat. Fondo Napoli*, vol. 185, fol. 377).

Em.mo e Rev.mo Signore

Signore Padrone Cclendissimo

Nella città di Scala poco distante da questa capitale si dicono seguiti alcuni prodigiosi effetti antecedentemente e dopo dell'orribile tremuoto de' 29 dello scorso novembre, essendovi veduti da più persone nella Sacrosanta Ostia esposta alla pubblica venerazione nella Chiesa di quelle Monache varij segni di striscie nere, di croci parimente nere, e poi di color sanguigno, e di una stella assai risplendente stimandosi, che simili apparenze per le diligenze praticate non possono attribuirsi né alla refrazione della luce, né ad altra cagione naturale. La relazione del successo mi viene da Mons. Vescovo di Castell'à Mare, il quale dice di esser stato co' propj occhj spettatore di molti di sudetti avvenimenti, siccome si vede nella ingionta copia di lettera. Io per altro per assicurarmi della verità del supposto prodigo ho stimato di scrivere à Mons. Vescovo di Scala, con darmi à suo tempore l'onore di comunicare la risposta a V. E., alla quale nel rappresentare intanto questa notizia nel modo stesso, che mi è stata comunicata, resto facendo umilissima rivenienza.

Napoli, 13 dicembre 1732.

Di Vostra Eminenza

umilissimo divotissimo obbligatissimo servo
R[aniero], Arcivescovo di Nicosia.

Sig. card. Banchieri,
Segretario di Stato (Roma)
(Con foglio)

- i-b. Copia epistulae episcopi Stabiensis, Falcoia, ad Nuntium Simonetti, praecedenti epistulae allegata, 9 dec. 1732 (*Arch. vat. Fondo Napoli*, vol. 185, fol. 377).

Copia di lettera scritta da Mgr. Vescovo di Castellammare
a Mons. Arc. Simonetti, Nunzio Ap.co in Napoli,
in data 9 dicembre 1732.

Mi veggo in obbligo di rendere V. S. Ill.ma intesa d'un emergente notabile delle notizie del quale potrà far quell'uso che stimarà proprio la sua singular prudenza. Nel monastero di donne civili della città di Scala sotto

il titolo del SS.mo Salvatore, mentre ivi mi trovavo prima di questi ultimi terremoti, nell'occasione di esponersi il Venerabile nell'Ostia Sagrosanta, non solo dalle monache, ma da più sacerdoti, e secolari, anche da quel Vicario Generale, ed alcune volte anche da me, furono veduti varj segni funesti: croci nere, aste nere, parte dell'ostia in color di sangue, nuvole. Per meglio assicurarmi, e togliermi il sospetto provenissero da causa naturale, o da riflessi dell'aere, e dall'ombre di alcuni fiori, che erano intorno la sfera, à porte chiuse e coll'assistenza del confessore, con quella venerazione che dovevo feci le possibili diligenze su la stess'ora del giorno seguente per attendere li stessi riverberi della luce, feci maneggiar e muovere le candele, e variamente situarle, ne mai fu possibile a forza d'ombre, e di luce formar un segno di quelli si eran veduti. Dissi che si togliesse la ghirlanda de' fiori, e senza quella si esponesse in avvenire, e tornai nella mia diocesi; ora sono poi sopragiunti dagli spaventi i terremoti. Questa mattina appunto che scrivo mi è arrivato un corriero, che mi reca l'avviso che i segni più spaventosi di prima seguitano tuttavia. Una lettera dice così: Seguitano a vedersi nella Sagra Ostia segni di queste volte che si è fatta l'esposizione dopo il terremoto. S'è veduta nella Sagra Ostia una croce di color sanguigno. Un'altra volta un'asta nera quant'un deto con una stella vicina assai splendida. Intese l'anima mia, che quella stella s'intendeva la nostra Gran Signora María, che ora per placare la Divina Giustizia per noi. Un'altra volta vidi tutta la Sagra Ostia in colore come fosse lutto, e così durò per tutta l'orazione; nel darsi la benedizione, di color sanguigno. Padre: il Signore sta sdegnato, vi è gran iniquità nel mondo, e io più d'ogn'altro li son traditora. Si seguita a sentire ogni notte una scossa di terremoto, pregate. Così una lettera, e così parimente qualch'altra. Forse il degnissimo Vescovo ne darà più distinta relazione. Qui dal medesimo sabbato del terremoto sino al giorno d'ieri s'è fatto quello che ha saputo dettermi la mia debolezza, di prediche, comunioni generali, processioni anche di penitenza.

2-a. Epistula Nuntii ap. neapol. Simonetti ad Card. Ant. Banchieri, Secretarium Status, Romae, 16 dec. 1732 (*Arch. vat. Fondo Napoli*, vol. 185, fol. 389).

Em.mo e Rev.mo Signore

Signore Padrone Colendissimo

Mons. Vescovo di Scala, anche prima di ricevere la mia lettera, con cui Lo richiedeva à farmi relazione de' scritti prodigiosi segni veduti nel monastero di quella città, mi ha fatto giungere un pieno ragguaglio di ciò, che era occorso, per mezzo di una sua lettera, che mando in copia all'E. V. per conferma di quanto Le accennai col precedente ordinario. Unitamente a questa riceverà un'altra copia di relazione, la quale va in giro sopra un fatto similmente miracoloso, che si dice seguito nel casale della Nocella,

diocesi di Benevento, supponendosi esser stata mandata a quell'Sig. Cardinal Arcivescovo dall'arciprete del suddetto casale; con che all'E. V. profondamente m'inchino.

D. V. Em.za.

Napoli, 16 dicembre 1732.

Umilissimo devotissimo obbligatissimo servo
R[iniero], Arcivescovo di Nicosia.

Sig. card. Banchieri,
Segretario di Stato (Roma)
(Con copia)

2-b. Copia epistulae episcopi Scalensis et Ravellensis, Santoro, ad Nuntium Simonetti, 9 dec. 1732, praecedenti epistulae allegata (*Arch. vat. Fondo Napoli*, vol. 185, fol. 389).

Copia di lettera scritta da Mons. Vescovo di Scala e Ravello
a Mons. Arciv. Simonetti, Nunzio Ap.co in Napoli,
in data de' 9 dicembre 1732.

Averei prima portati a notizia di V. S. Ill.ma i segni prodigiosi, che han preceduto l'orribile flagello del terremoto, e con i quali la Divina Clemenza si è degnata avvisarci dell'ira sua se non avessi stimato doverne prima accertare pienamente con attestati, e deposizioni giuridiche e giurate, per non riferir cosa, che realmente non mi costasse. Ora che già questo h'adempito, stimo preciso mio dovere rappresentare a V. S. Ill.ma come giovedì 11 del passato settembre, come ogni giovedì ivi far si suole, l'esposizione del Venerabile nella chiesa della Santissima Concezione del Monastero del SS.mo Salvatore di questa città di Scala, apparve nella Sagrosanta Ostia un monte con una croce sopra, ambi di color fosco, e il giovedì seguente, dopo esposta, si vide nella stessa Sagrosanta Ostia il medesimo monte con croce, ed in mezzo di questa apparve una nuovioletta lucida, che dopo qualche tempo mutossi, e si vide la croce di color sanguigno con gli stromenti della Sagra Passione, tra quali più degli altri risplendevano la scala, ed i flagelli anche sanguigni, e nell'ultimo vi comparve un globo tutto grondante di sangue, restando solo un piccolo filo bianco intorno la Sagra Ostia, nella quale ancora il giovedì seguente apparve il solito monte di color fosco con tre lucide nuvolette sopra, quasi come stelle.

Alli 6 poi del caduto novembre con i due giorni seguenti essendosi fatta in detta chiesa l'esposizione del Venerabile comparve sempre in questo il solito monte con la croce di color fosco, ed allora fu osservato non solo dalle religiose, ma dal mio Vicario Generale, da molti canonici di questa Cattedrale, dal Vescovo di Castellammare, e da me, che fatta levare una

ghirlanda di fiori di seta, che stava intorno la sfera, dubitando che avesse potuto con la sua ombra cagionare qualche apparenza, la mattina de' 21 si vidde immediatamente nell'alzarsi di essa il solito monte con croce dello stesso colore fosco, quando nelle altre esposizioni era comparso dopo qualche intervallo di tempo. La mattina di 29 dopo accaduto il terremoto avendo nella stessa chiesa fatto di nuovo esporre il Venerabile, come ancora ne' due giorni appresso, si vidde in quello da alcune religiose un asta negra con una stella e negli altri due giorni viddero le medesime la Sagra Ostia prima di un color luttuoso, e poi in fine dell'Esposizione di color sanguigno. Nell'altre esposizioni, che sinora si son fatte, non è apparso alcun segno, ma non per questo stimo, che sia lo giusto sdegno del Signore placato, mentre per ogni parte veggansi più effetti di spavento, di dolore e pentimento, con che a V. S. Ill.ma fò divotissima riverenza.

2-c. Epistula episcopi Scalensis et Ravellensis, Santoro, ad Card. Ant. Banchieri, Secretarium Status, Romae, die 6 dec. 1732 (*Arch. vat. Fondo Vescovi*, vol. 157, fol. 337).

Epistulae a Nuntio apostolico transcriptae et Romam missae (2-b) exstat, in alia sectione archivi vaticani, textus originalis, quem episcopus Scalensis directe ad Secretarium Status miserat. Hic transcribimus tantum initium et finem epistulae, dum media pars identica sit cum epistula ad Nuntium missa.

Em.mo e Rev.mo Signore

Signore Padrone Colendissimo

L'imminenti feste del S. Natale mi dan la favorevole apertura d'umiliare a V. E. i miei profondi e inalterabili rispetti coll'agurio [sic] di tutte le celesti benedizioni; e di tutte le maggiori prosperità ben dovute all'alto merito di V. E., la quale supplico riverentemente degnarsi gradire colla innata sua gran benignità quest'ufficio non con quel ceremonia avvilita dall'uso, ma come parto d'un animo il più obbligato, e divoto che dar si possa a V. E., e che sospira infinitamente più le di Lei, che le proprie felicità, indirizzandone a S. D. M. i suoi più fervorosi voti.

Averei prima portato... [*sequitur media pars epistolae, identica cum textu superius n. 2 b notato*].

Onde ho stimato rappresentare tutto a V. E., alla quale umiliando le mie fervorosissime [!] suppliche per l'onore de' preziosissimi suoi comandamenti, bacio con profondo inchino la S. Porpora.

Di V. E.

Scala, 6 dicembre 1732.

Umilissimo Devotissimo et Obbligatissimo servo
F. A. M., Vesc. di Scala e Ravello.

3. Epistula Card. Ant. Banchieri, Secr. Status, ad Nuntium ap. neapolitanum, Simonetti, 20 dec. 1732 (*Arch. vat. Fondo Napoli*, vol. 356, fol. 433-v.).

Il Segretario di Stato
al Sig. Nunzio Rinerio Simonetti.

In virtù delle lettere a V. S. scritte da Monsignori Vescovi di Castellammare, e della Scala, si sono sentiti i prodigiosi segni, apparsi nell'Ostia Sagrosanta, esposta alla pubblica venerazione nella chiesa delle Monache della città di Scala; e secondo le circostanze e le diligenze praticate dalli medesimi Prelati, vi è fondamento di credere, che non derivino da causa naturale, ma siano chiari indizj dell'ira divina, non ancora ammorzata dopo l'ultimo orribile flagello del tremuoto. Farà ella intanto prudentemente a ricercare sull'altro fatto prodigioso, che si dice accaduto nel casale della Nocella, diocesi di Benevento, le notizie anche del Signor Cardinal Doria; ed attenderò poi che ella me le partecipi subito che le avrà ricevute. Con che resto augurandole.

Roma, 20 dicembre 1732.

4. Epistula episcopi Scalensis et Ravellensis, Santoro, ad Secretarium Status, Card. Ant. Banchieri, 12 jan. 1733 (*Arch. vat. Fondo Napoli*, vol. 356, fol. 433-v.).

Em.mo e Rev.mo Signore

Signore Padrone Colendissimo

In continuazione del raguaglio de' segni prodigiosi comparsi nella Sagra Ostia, umilio a V. E. la notizia, come venerdì 19 del caduto, verso le ore 22 nell'esposizione, che facevasi per la novena del S. Natale in ponere il sacerdote l'Ostia sacratissima nell'ostensorio, videsi in essa un globetto bianco appoggiato sopra due nuvolette, il quale appoco appoco ingrandendosi formò una veste inconsutile a color sanguigno tutta strisciata di nero, appiedi della quale era un'asta nera, ed attraverso della Sagra Ostia vedevasi un Christo coricato come in sepoltura colla testa verso occidente, ed i piedi verso oriente, con il volto sin'al petto coperto d'un velo assai nero; appiedi teneva un'altra asta nera più picciola, e del costato usciva un raggio assai risplendente. Questa veduta durò mezz'ora in circa, ma poi si vidvero uscire dall'accennata veste due mani assai più bianche delle specie sacramentali che abbracciarono il Christo, e gli levarono il velo nero dal volto, restando il medesimo a color di carne. Viddero ancora la Sagra Ostia tutta piena di nuvolette, e la metà d'essa a color fosco, finchè cominciarono le litanie della B. V., in cui cominciò a chiarirsi, ma sempre dalla man destra si osservò un'asta negra assai spaventevole, fino alla seconda stanza del Pange lingua, in cui viddesi totalmente chiarire, ne

altro finora si è osservato. Questo è quanto mi occorre di riverentemente rappresentare a V. E. in attestato delle mie più rispettose obbedienze per l'onore de' veneratissimi sui [sic] comandamenti, la continuazione de' quali e dell'alta sua protezione fervorosamente implorando, resto con profondo inchino, baciandogli gli orli della S. Porpora.

Di V. E.

Scala, 12 gennaio 1733.

Vescovo di Scala e Ravello.

ACTA SUMMARIA PROCESSUS CANONICI CIRCA APPARITIONES IN
S. HOSTIA SCALAE OBSERVATAS, CUM EPISTULA EPISCOPI SCALENSIS
ET RAVELLENSIS, SANTORO AD CARD. ANT. BANCHIERI, SECR. STATUS,
ROMAE, 7 FEBR. 1733

- i. Epistula episcopi Santoro, 7 febr. 1733 (*Arch. vat.* Fondo *Napoli*, vol. 159, fol. 91).

Em.mo e Rev.mo Signore

Signore Padrone Colendissimo

In esecuzione degli alti comandamenti di Nostro Signore, che V. Em. si è degnata benignamente significarmi colla sua di 24 del passato hò l'onore d'accudere in questa mia riverentissima il ristretto del Processetto fabbricato da me, colle deposizioni di tutti coloro, che si sono trovati ad ammirare li segni prodigiosi comparsi nella Sagra Ostia in diverse esposizioni fatte nel mese di settembre, per tutto novembre del passato anno nella picciola chiesa del monistero del SS.mo Salvatore di questa città di Scala, la quale non eccede, e quasi meno della grandezza di una delle cappelle del Palazzo di cotesti Signori Rospigliosi, e d'alcuni di questi segni ancor io sono stato spettatore nello stesso giorno, in cui v'intervenne il Vescovo di Castell'à Mare, à chi per non dar soggezione mi fermai sotto la porta d'essa chiesa, da dove chiaramente vidi una croce fosca in detta Sagra Ostia: Et in quanto poi alli segni veduti nel dì 19 dicembre, ne ho fatto fare come V. Em. si degnerà osservare, anche un ristretto degli attestati, e relazioni, che fanno alcune Religiose che si ritrovavano nell'angusta grata del coro di esso Monistero ad orare, non avendo stimato in sin ora prenderne giudiziale informo, trà per essere stati pochi gl'astanti, e trà perchè le figure de' segni veduti sono varij in questa volta, siccome si legge da sudetti attestati che originalmente conservo, et à tenore de' quali io ebbi l'onore di rappresentarli a V. Em. Quindi ho giudicato di far descrivere quei segni che contestemente riferiscono aver veduto.

Con tale congiuntura umilio a V. Em. la mia ubbidienza e le più fervoroze mie suppliche implorando col suo Patrocinio dal clementissimo animo

di Nostro Signore l'Apostolica sua Benedizione per me, e per tutto questo mio picciolo gregge, e specialmente per le Religiose dell'accennato Monastero; nelle quali accerto riverentemente à V. Em. che può francamente assicurare Sua Santità, che regna la più perfetta osservanza regolare et il vero spirito del Signore, à chi non cessò di far raccomandare dalle medesime secondo i miei obblighi la di lui SS.ma Persona, et ambizioso sempre più de' preggiatissimi onori de' suoi veneratissimi commandamenti resto con profondo inchino baciandole l'orlo della Sagra Porpora.

Di V. Em.za.

Scala, li 7 febbraio 1733.

Umilissimo devotissimo et obbligatissimo
Ant. M., Vescovo di Scala e Ravello.

2. Acta summaria Processus canonici (*Arch. vat. Fondo Napoli*, vol. 159, fol. 91-99).

Breve notamento

*di quel che costa nel Processo fatto circa li segni prodigiosi
apparsi nella Sagrosant'Ostia di Scala*

Fol. 1. — Istanza del Prom. [otore] Fiscale che si prenda informazione e decreto à 3 dicembre 1732.

Eodem folio a tergo. — L'arcidiacono della Cattedrale, e Vicario Generale D. Emmanuele D'Afflitto esaminato coram Ill.mo Vescovo col giuramento ad Sancta Dei Evangelia, come si è con tutti gli altri praticato, depone ch'in un giovedì del passato mese di settembre, non ricordandosi precisamente a quanti fusse, stando presente nella chiesa della SS.ma Concezione del Venerabile Monistero del SS.mo Salvatore di detta città di Scala all'Esposizione del SS.mo Sagramento: in essa facevasi visibile nella Sagrosanta Ostia come una colonna di color bianco, che totalmente ben non poteva discernere, ma gli pareva anche il cristallo della sfera del suo luogo sollevato, e terminata la funzione gli s'accostò il Primicerio di detta Cattedrale D. Antonio Campanile, e gli domandò se avesse osservato in detta Sagra Ostia cos'alcuno; onde comprese che non fosse suo travedimento, mentre il detto Primicerio si trovava in luogo molto distante dall'altare, che non stava esso Arcidiacono, e detto Primicerio gli disse aver veduto lo stesso; dice in oltre che a 6 del mese di novembre facendosi l'Esposizione per un triduo in detta chiesa, assistendo esso con molti altri canonici e preti, gli parve di vedere una croce formata di color nero in detta Ostia Sagrosanta sopra un monte di color fosco; e per accertarsene dimandò al prete D. Vincenzo Mannarini, che con maggior attenzione aveva osservato,

e questo gli confermò lo stesso, anzi nelli due giorni seguenti non solamente dice aver osservata la suddetta croce sopra il monte, ma parimente come la veste inconsutile appesa in mezzo alla croce, e che si vide sino a che si fece la benedizione agl'astanti. E depone ancora che nella mattina di un altro giorno di detto mese, ch'egli si suppose essere de 22 novembre, esponendosi il Venerabile senza la solita ghiarlanda, immediatamente alzato sul baldacchino vidde un monte di color nero, e sopra piantata una croce anche nera.

Fol. 2. — Il Primicerio della stessa Cattedrale, D. Antonio Campanile, depone che in un giovedì che non si ricorda à quanti del mese di settembre; stanto esposto il Venerabile nella suddetta chiesa delle Monache del SS.mo Salvator dopo mezzo giorno gli parve vedere una colonna bianca in mezzo all'Ostia Sagrosanta, et il cristallo quasi elevato, e dice quanto di sopra ha detto l'Arcidiacono. E nel passato mese di novembre essendovi in detta chiesa esposto più volte il Venerabile, non ricordandosi li precisi giorni, per quattro volte osservò distintamente nella Sagra Ostia una croce di color fosco appoggiata sopra di un monte dello stesso colore, et un'altra volta v'osservò come una veste, o più tosto un busto appeso a detta croce senza poter discernere distintamente que che si fusse per la venerazione e la distanza.

A tergo. — L'Arciprete della Cattedrale, D. Niccolò Sorrentino, depone ch'assistendo all'esposizione del Venerabile fatta in alcuni giorni del mese di novembre nella chiesa suddetta del monistero del SS.mo Salvatore di detta città; in alcuni di essi giorni di novembre, non ricordandosi precisamente a quanti di detto mese, vide chiaramente una croce à traverso della Sagra Ostia, et era di color fosco, et un'altra volta una novoletta bianchissima da presso alla medesima croce senza poter distinguere bene che fusse, perchè la vista per l'età avanzata gli vacilla.

Fol. 3. — Il canonico D. Pietro Romano di detta Cattedrale depone come facendo esso l'esposizione del Venerabile nella chiesa delle Monache del Salvatore nel mese di settembre passato, non ricordandosi li giorni precisamente: vidde nella Sagra Ostia un monticello con una croce sopra con alcune novolette intorno di color bianco, e dubitando di travedere mutò più volte luogo, e sino ad uscir di chiesa, e poi rientrare, e sempre osservò da ogni parte lo stesso, e da quel tempo per sino li 27 novembre essendosi fatta più volte l'esposizione del Venerabile in detta chiesa da lui, dice che sempre ha osservato qualche segno, come di croce sopra un monte, d'asta, o colonna e globetto di nuvole.

Fol. 4. — Il Tesoriero D. Pietro Falcone di essa Cattedrale depone che nell'esposizione del Venerabile fatta come sopra à 7 et ad 8 di novembre passato osservò nella Sagra Ostia nel primo giorno un monticello con

una croce sopra di color fosco, ma non con tanta distinzione con quanta l'osservò il giorno seguente 8 di detto mese, che chiaramente la vidde sin à tanto che il Sacerdote fatta la benedizione depose il Venerabile.

A tergo (fol. 4). — D' Alfonzo di Liguoro, sacerdote missionario cavaliere napolitano depone che trovandosi presente all'esposizione del Venerabile fatta nei detti giorni de' 7 et 8 del mese di novembre, e specialmente nel giorno di sabato osservò nell'Ostia Sagrosanta una croce di color fosco, e gli parve poi di vedere una nuvoletta come stella più bianca delle specie sacramentali che stava à canto à detta croce di color fosco.

Fol. 5. — D. Giovanni Batt. di Donato, sacerdote missionario della diocesi di Cosenza, depone che trovandosi presente all'accennata esposizione del Venerabile del giorno 8 di novembre passato osservò nella Sagrosanta Ostia: prima gli parve vedere un globetto, come monte, e poi come appunto suol dipingersi la veste inconsutile di Cristo Signor Nostro, e nel fine gli parve vedere una croce dritta di color nero, e fu l'unico giorno in cui si trovò in detta chiesa.

- Fasc. I*, anno 1915, Cracoviae, pp. 97.
- Fasc. II*, anno 1929, Torun, pp. 96.
- Fasc. III*, anno 1930, Torun, pp. 96.
- Fasc. IV*, anno 1931, Torun, pp. 194.
- Fasc. V*, anno 1933, Torun, pp. 170.
- Fasc. VI*, anno 1932 (!), Torun, pp. 188.
- Fasc. VII*, anno 1934, Torun, pp. 211.
- Fasc. VIII*, anno 1936, Torun, pp. 288.
- Fasc. IX*, anno 1937, Torun, pp. 380.
- Fasc. X*, anno 1938, Torun, pp. 260.
- Fasc. XI*, anno 1939, Torun, pp. 344. (Exemplaria huius fasciculi incur-
sione aërea delecta sunt).
- Fasc. XII*, anno 1939, Torun, pp. 338.
- Fasc. XIII*, anno 1939, Cracoviae, pp. 336.
- Fasc. XIV*, anno 1951, Romae, pp. 255.
- Fasc. XV*, anno 1951, Romae, pp. 214.

HOSP, EDUARD, *Der hl. Klemens M. Hofbauer (1751-1820)*; Wien, Herder, 1951; 396
8° (20 × 12), VIII-264.

Ab anno 1923, quando biographia fundamentalis s. Clementis, a P.e Ioanne Hofer conscripta, in altera apparuerat editione, si excipias brevem expositionem P. is Pichler (1926), nulla alia vita critica (r) sancti nostri Propagatoris in lucem venerat. Interim vero studia minora non pauca, et maxime multi fasciculi collectionis « *Monumenta Hofbaueriana* » edita erant. Annis vero illis funestis, quibus tota Austria regimini extero vi subiecta erat, Sanctus noster tamquam « reactionarius » et Romani Pontificis ac Ecclesiae Romanae sinister propugnator vehementibus calumniis affectus est. Appropinquate igitur anno ab ortu sancti bis centeno, Provincia Austriaca putabat tributum gratitudinis erga sanctum Parentem exprimere debuisse, novam s. Clementis parando biographiam.

Indefessus historiarum nostrarum indagator et scriptor egregius P. E. Hosp opus aggressus est, et anno 1951, qui in Austria tamquam annus sacer celebrabatur (uti in toto Orbe), librum edere potuit. Cum autem intentio in excudendo opere etiam haec esset, nomen, vitam et opus Sancti inter fideles, post tot rerum perturbationes, noviter notum facere, volumen libri non nimis excrescere debuerat, ne eius pretium divulgationem prohiberet.

Clarus auctor proposuit librum, forma externa modestum, typis non nimis magnis excusum, ita ut singulae paginae satis densae sint, multaque contineant. Fontes omnes, etiam recentioribus annis divulgatos, sedulo adhibuit; temporum illorum genera et opiniones breviter delineavit, adeo ut figura et opera s. Clementis in clara luce historica contemporanea appareant, et totum « drama » vitae suae ante oculos lectoris ponatur. Ita factum est, ut haec biographia, quamvis primo loco sub respectu critico-historico composita sit, tamen etiam cor lectoris profunde commoveat et viri sanctitas plene eluceat.

Adduntur aliquae locutiones s. Clementis, excerpta (nimis pauca) ex eiusdem epistolis, elenches fontium et operum quibus auctor in compilatione sua usus est, tabula chronologica vitae Sancti, et index nominum locorum et personarum.

Rem utilem nos facturos credimus, ex ipsa biographia et ex tabula chronologica brevem conspectum extrahentes, quo uno oculi ictu videri possit quomodo, secundum recentissima studia, vita s. Clementis defluxerit; omnes enim recordabuntur, varia dubia et incertitudines remansisse circa facta prioris aetatis nostri sancti. Non dici potest, omnia omnino clara evenisse; sed tamen magna cum securitate nunc decursum vitae s. Clementis describere possumus. Notantur summa capita:

- 1751, 26 dec.: nativitas et baptismus, Tasswitz, Moravia, Austria.
 1758, 27 iul.: obitus patris, Pauli Hofbauer.
 1767, 31 mart.: inscribitur, in urbe Znaim, in libro artis pistoriae (« *Zunftbuch* ») tamquam tiro istius artis.
 1769: primum iter romanum; deinde artem pistoris exercet in monasterio canonicorum ordinis Praemonstratensis, nomine Klosterbruck, apud Znaim.
 1772-1777: ibidem, tamquam camerarius abbatis laborans, gymnasium in monasterio existens frequentare potest.
 1777-1778: secundum iter romanum; Tibure (Tivoli) vitam eremiticam professus est, nomine Clementis assumpto.
 1778: vitam eremiticam in patria, in loco Pölz, apud sanctuarium marianum Mühlfrauen, continuat.
 1779, 13 sept.: petitionem praesentat, qua, ut eremitae domum Vöttau inhabitaret, rogat, quae tamen exitu carebat.
 1779 autumno: Vindobonam (Wien) pergit, ibidem apud pistorem Weyrig, Johannengasse (« *Eiserne Birne* ») artem pistoris exercet.
 1780: scholam primariam catecheticanam S. Annae, Vindobonae, frequentat.
 1780-1782: studia superiora philosophica et theologica in Universitate Vindobonensi absolvit.
 1783: per decretum imperatoris Iosephi II seminaria generalia instituuntur, quae autumno anni 1784 aperiri debuerunt.
 1784: iterum Romanam petit, una cum amico Hübl.
 1784, 24 oct.: vestibus Congregationis SS. Redemptoris induitur, Romae, in Collegio nostro apud S. Iulianum.
 1785, 29 mart.: Aletrii (Alatri) sacerdotio auctus est (cum Hübl), et Frusinone (Frosinone) studiis theologicis vacat.
 1785, oct.: Vindobonam regressus est, cum P. Hübl, ibidem cursum Catechesis (theologiae pastoralis) frequentat.
 1786, 19 mai: in sanctuario mariano maximo Austriae, Mariazell, in libro celebrantium nomen suum inscrit.
 1786, oct.: iter in Curlandiam aggressus est; Varsaviae (Warszawa) hiemabat.
 1787, febr.: sedem Varsaviae fixit.
 Ceterae vitae vicissitudines notae sunt; sufficit brevis notitia:
 1808, 20 iun.: suppressio Collegii Varsaviensis, dispersio Congregatorum; s. Clemens, cum paucis aliis in castello Küstrin detentus est.
 1808, sept.: Vindobonam venit; post aliquod tempus in ecclesia nationali italiana (Minoritenkirche) opus sacerdotale exercere potest.
 1813, 18 iul.: director ecclesiae Ursulinarum et confessarius monialium nominatur. Hic multiplex suum apostolatum exercere valuit.
 1820, 15 mart.: circa meridiem piissime obiit.

Restat ut opus P. is Hosp nostris fratribus enixe commendemus; s. nostér Propagator eximius dignus est, qui ope huius ultimae et optimae biographiae melius etiam inter sodales nostros cognoscatur; ille qui inter tot tantaque discrimina, inter bella continua et rerum revolutiones, temporibus luctuosis, multimodum et semper tempestivum apostolatum excercuit, mentem et spiritum Patris ac Fundatoris nostri fideliter executus.

ADNOTATIO

1) Biographia tenoris magis popularis, quam publicavit P. OSCAR CHAGAS AZEREDO, *São Clemente Maria Hofbauer*; Aparecida 1928; 8º (23 x 16,5), 352, in europaeis regionibus vix nota erat, ita ut in historiographia hofbaueriana hoc loco negligi possit.

HOSP, EDUARD, *Erbe des hl. Clemens M. Hofbauer. Erlösermissionäre (Re- 397 demptoristen) in Österreich, 1820-1951*; Wien, CssR., 1953; 8° (20 x 13), 616.

Magni hic ponderis liber, ut ex titulo elucet, continuatio est quaedam praecedentis: continet enim historiam Congregationis nostrae in Austria, nonuntque omnes, a morte s. Clementis usque ad violentam suppressionem anni 1848 Vindobonae centrum transalpinae Congregationis exstisset, e quo propagatio mundialis Instituti nostri processit.

Praemittendum est, opus P. is Hosp. fundari in diligentissima indagatione, per decennia protracta, archivorum omnium, sive ecclesiasticorum, sive statalium, qua: ingens materia, vix atque vix nota, effossa est. Indefessus auctor, plane admirabilis in zelo indagatore suo nec minus notus pro praecisa fontium interpretatione et diligenti atque attenti usu, opus vere « classicum » confecit, exemplar historiae provinciae, magna laude et multa imitatione dignum.

Maximi momenti prima pars operis est, quae complectitur tempus Vicariatus P. is Passerat (1820-48), et in qua arte magistri designatur introductio Congregationis in imperio austriaco, quam s. Clemens morte praevenit; primae fundationes in ipso territorio austriaco, ac prima extra ipsum Congregatorum dilatatio. Summa cum attentione legetur descriptio « crism » internarum, quae originem habuerunt vel ex quaestione parochiarum acceptandarum, instructionis scholasticae impertiendae, observantiae religiosae conservandae, vel ex controversia circa votum paupertatis et regiminis seu unitatis totius Congregationis.

Sequitur delineatio ulterioris expansionis in regionibus austriacis, in America, Belgio, Italia, Bavaria, in regione balcanica (Romania et Bulgaria). Fuit aevum quoddam heroicum Congregationis transalpinae, quo non sine difficultibus internis externisque semen, a s. Clemente cum maxima patientia satum in arborem excrevit, qui ramos suos per multas plagas europaeas usque in litora americana extendit.

Caput plane magnifice exaratum illud est, quo describitur violentissima per revolutionem anni 1848 facta suppressio Congregationis in Austria eiusque redintegratio. Evolutio vere dramatica, quae eversionem illam politicam, et socialem, anni 1848 praecesserat eamque quasi inevitabilem reddidit, et una nobiscum etiam Societatem Iesu (sicut ceterum saepius eveniebat) delebat, multis documentis et « anecdotibus » illustratur, quae forsitan non omnibus nota fuerant.

Alia operis parte auctor complectitur studium missionum nostrarum popularium in territoriis austriacis, summa attentione dignum. Non erat res facilis, his temporibus, adhuc spiritu Iansenismi et sic dicti Iosephinismi infectis, opus missionum (quae a legibus statalibus directe prohibitae erant) introducere. Alia nec negligenda difficultas consistebat in necessitate, methodum nostram et proxim missionum, in regionibus Italiae meridionalis ortam et his populis eorumque indoli apprime adaptatam, ita transformare, ut, substantia conservata, tamen populis alpinis, alias omnino characteris, conformis evaderet.

Ultimum denique capitulum concinnius exponit historiam provinciae austriacae ab anno 1855 usque ad annum 1951.

Opere egregii historiae nostrae cultoris sic breviter praesentato, dum ex animo gratitudinem fratrum pro optimo labore expleto exprimere volumus, non possumus non desiderare ut alii quoque nostri sodales similia studia aggredi velint

pro singulis provinciis, bona methodo scientifica, nec in forma annalistica tantum; neminem etenim fugit, quantae habeant utilitatis haec studia historiae et actuositatis nostrae familiae religiosae.

HOSP, EDUARD, *Eine Idealgestalt des Klemens Hofbauer-Kreises*, P. Franz 398
Springer CssR.; Wien, machina dactyl. scriptum, 1951; 4°, 49.

Indefessus historiographus R. P. Hosp occasione iubilaei nostri Sancti non solum de ipso s. Clemente et de Congregatione CssR. in Austria, scribere voluit, sed etiam de quibusdam discipulis eius; de P.e nostro Francisco Springer, opusculum — quod dolendum est! — forma tantum provisoria et privata curavit; de egregio viro autem Sebastiano Francisco Job volumen edidit typis impressum.

HOSP, EDUARD, *Sebastian Franz Job. Ein Karitasapostel des Klemens Hofbauer-Kreises (1767-1834). Mätschifter der Armen Schulschwestern von Ulf., Mätschifter des Knabenseminars Carolinum in Graz*; Mödling, S. Gabriel, 1952; 8° (19 x 12,5), 158.

Libellus volumine non nimis grandis, sed re narrata valde eximius. Agitur enim de vita, operibus et actuositate sacerdotis Seb. Franc. Job, qui Vindobonae sancti nostri Clementis familiaritate usus est, et merito connumeratur inter sacerdotes vere apostolicos, qui in prima saeculi XIX medietate in Germania meridionali et in Austria in resuscitanda fide et vita solida christiana contra notiones Illuminismi, Gallicanismi, Iosephinismi tunc grassantes firmiter ac fideliter insudarunt.

Job oriundus erat de Neunburg in Palatinatu Superiore (nunc Bavaria), ubi die 20 ian. anni 1767 e piis parentibus natus est. Studia incepit ut puer cantor in abbatia O.S.B. Frauenzell, et in seminario minori Ratisbonensi (Regensburg) absolvit. 1786 seminarium maius ingressus et anno 1791 sacro presbyteratus ordine auctus est. Primum munere praefecti et moderatoris chori, ab anno vero 1796 professoris in episcopali gymnasio et lycaeо functus est, anno demum 1806 professor theologiae moralis et paedagogiae renuntiatus est. In hac prima vitae suae sacerdotalis periodo eximius cleri adolescentis educator exstitit, quem contra grassantes errores saeculi muniens, in solida fide firmavit, bene meritus, cum quibusdam aliis piis sacerdotibus (inter quos praecipue futurus episcopus Mich. Wittmann nominandus est), de bono spiritu cleri Ratisbonensis.

Divina Providentia anno 1808 professor Job in aliam agendi sphäeram translatus est; nominatus fuit confessarius aulicus principissae Carolinae Augustae, e familia regia Bavariae, quae, invita, principi hereditario regni Württembergensis, fidei lutheranae, iuncta fuit. In urbe capite huius regni plus doctusque Job mox apostolatum non solum sacerdotis ordinarium exercuit, sed magnopere cum aliis egregiis viris collaboravit in apostolatu calamis.

Postquam anno 1816 Pius VII matrimonium supra dictum nullum declaravit, et Carolina Augusta eodem anno Francisco I Austriae imperatori in uxorem data est, Job noster eam ut confessarius et aulicus imperialis cappellanus Vindobonam secutus est (1817), ubi usque ad mortem (1834) demoratus est.

Parochus aulicus et cappellariorum imperialium superior tunc erat Jacobus Frint, notus tamquam fundator Instituti superioris pro formatione cleri, quod ab ipso « Frintanaeum » vocatur et adhuc claret. Frint vero inter maximos s. Clementis nostri fautores, admiratores, amicos erat; et etiam Job mox Vindobonen-

sem apostolum cognovit et frequentavit, imo, ut videtur, etiam confessarium et animae directorem adhibuit. Sic brevi cum toto « circulo » hofbaueriano familiaritatem adeptus et post obitum s. Clementis de primis Redemptoristis austriacis optime meritus est.

Vixit modeste, et emolumenta, quae ad se ex munere vel ex scriptione per venerunt, in pia opera convertit. Inter haec duo praecipue eminent: quibus memoria pii sacerdotis eiusque spiritus apostolicus operosus adhuc perdurat: confundator exstitit Instituti sororum pro educatione muliebri, quod de patria Neunburg exordium habuit, et seminarii minoris episcopalnis in urbe Graz, sede episcopatus Seccoviensis, quam tunc alias eximius discipulus s. Clementis occupavit, Romanus Zängerle, fortissimus instaurationis catholicae heros.

Optime fecit P. Hosp, pulchram hanc figuram sacerdotalem, nimis ignotam, fideliter ex fontibus ad vitam reducens, exemplar aliorum non paucorum sacerdotum, qui s. Clementis apostolatum aemulati sunt.

HOSP, EDUARD, *Kirche im Sturmjahr, Erinnerungen an Johann Michael Häusle*; 400

Wien, Verlag Herold, 1952; 8° (20 × 12,5), 126. = *Beiträge zur neueren Geschichte des christlichen Österreich*.

Hoc opusculo autor duplicem finem obtinere intendebat: praesentare figuram sacerdotis propriae patriae, regionis scilicet dictae *Vorarlberg*, qui postea Vindobonae vivens, fervida activitate, una cum aliis dignissimis sacerdotibus et laicis viris, qui de « circulo » sancti Clementis fuerant, pro instauranda e corroboranda pietate christiana optime meruit.

Dum P. Hosp exemplo sacerdotis Häusle demonstravit, mortuo sancto Clemente eius spiritum et vigorem in discipulis suis supervixisse, professor Universitatis Vindobonensis, Dr. Till, denso suo opusculo, quod nunc breviter praesentamus, demonstravit immensum influxum quem s. Clemens exercere continuavit opere generationum subsequentium qui suo spiritu imbuti regenerationem christianam in Austria enixe fovebant et in non paucis vitae publicae relationibus ad victoriam perducebant.

* TILL, RUDOLF, *Hofbauer und sein Kreis*; Wien, Verlag Herold, 1951; 8° 401
(20 × 12), 163. = *Beiträge zur neueren Geschichte des christlichen Österreich*.

Clmus auctor, in Universitate vindobonensi professor, aliis publicationibus iam bene notus, hoc libro, profunde et systematice penetrans, praesentat lectoribus visionem organicam sic dicti « Hofbauer-Kreis », i.e. circuli hofbaueriani; eorum videlicet virorum, sacerdotum et laicorum, qui directe sc. ut contemporanei, vel indirekte, sc. ut contemporaneorum discipuli et aemuli, multiformem apostolatum hofbauerianum perpetuare studuerunt. Sunt multi, forsitan plures quam superficialis visio cognoscere permittebat, qui in complexa historia interna, religiosa, politica, sociali imperii austriaci, tamquam « catholicī idealis » restauratores, post aeram « Iosephinam » de Ecclesia et de societate optime meruerunt, omnes plus minusve de actuositate et de spiritu s. Clementes dependentes.

In decem densis capitibus auctor totum argumentum chronologice evolvit. Delineat (1, 2) paucis, sed incisivis tractibus, statum religiosum, culturalem, sociologicum Austriae saeculo XIX ineunte, et primam illam catholicam instaurationem quae sub nomine « Romantik » nota est. Sequitur (3, 4) brevis, sed perspicua descriptio curriculi vitae s. Clementis, qua praecipue in lucem mittitur, quo-

modo per tot vitae suae varietates et per tam varia apostolatus tentamina, quae tempus Vindobonense praecedunt, ipse Vindobonensis apostolatus praepareatur et praesumatur. Demum (5) circulus hofbauerianus, in tota sua personarum varietate praesentatur, et in sua compositione sociali et actione practica et multi-formi vivide depingitur.

Prima parte operis hoc modo absoluta. reliquias cinque capitibus tractatur circuli hofbaueriani, sensu quo supra expositum est, continuata activitas et successiva evolutio in profundum et in largum. Optime observari potest fructuosa illa, quamquam primis temporibus lenta et quasi abscondita fermentatio, vi cuius demum, in generationibus contemporaneos subsequentibus, apostolatus clementinus efficaciam suam exercere non cessat.

Videmus itaque (6) hanc operationem in aevo, quod communiter « Vormärz » cognominatur (1820-1848), sed quasi tempore « incubationis » magis absconditam; anno revolutionis (1848) robur huius actionis ex improviso liberatum (8) erumpit fortiter; tempore instaurati absolutismi (1849-1860) continuat (9) actionem innovatricem in variis campis, ope clarorum virorum. eodem semper spiritu, pro Ecclesia (concordatum anni 1855!) et pro omnigena populi salute religiosa et sociali, ita ut tempore constitutionis (1861-1918), actuositate continuata, amplificata, intensificata, illam producat vitae catholicae austriacaee plenitudinem notam et mirabilem (9).

Ultimo denique capite (10) quae hucusque dicta sunt, resumuntur. Demonstratur tandem s. Clementem Hofbauer, eiusque circulum, in sua quoque continua activitate, verum exemplar fuisse et usque in hodiernum diem mansisse, ita ut apostolatus hofbauerianus, nostris quoque temporibus, vitae et societatis conditionibus mutatis non obstantibus, adhuc studio, magisque autem imitatione dignissimus sit.

Opus clauditur indice bibliographicō et adnotationib⁹ valde utilibus.

**2. SCRIPTA QUAE OCCASIONE ANNI IUBILARIS S. CLEMENTIS PRODIERUNT
(1751-1951)**

SCHEDL, CLAUS, *Ein Heiliger steht auf! Klemens M. Hofbauer. 1751-1951*; Wien, 402 Dom Verlag, [1951]; 8°, 88.

Opusculum scriptum fuit dictione populari, sed eleganti, occasione anni iubilaei per Orbem dilatati (1951); Episcopi enim austriaci deciderant hunc sacram annum in tota Austria sub nomine et invocatione s. Clementis celebrandum esse, quoniam Sanctus noster, patronus Vindobonae, capititis Austriae, ab hac urbe olim magnam restorationem catholicam feliciter operatus erat, et qui ipse per tot annos peregrinus et profugus medium Europam pererraverat, milenis profugis hodiernis, per totam Austriam dispersis, tamquam caelestis pater et patronus apparuerat. Hoc eodem tempore opus publicum adiuvandis profugis destinatum, sub nomine nostri Clementis, initium habuit.

Ut titulus opusculi: *Sanctus reviviscit* innuit, cl. auctor demonstrat quomodo hodiernis quoque temporibus, tempestatibus percussis, s. Clemens exemplar sit generalis renovationis spiritualis, vitae sacramentalis et liturgicae, activitatis in campo sociali et adsistentiali; verus patronus, dummodo spiritus s. Clementis in austriacis hodiernis et profugis re et opere reviviscat.

Opusculum P. is Schedl optimum specimen est divulgationis elegantis.

* BROCHET, HENRI, *C'est sûrement un homme très riche. Hommage à S. Clément M. Hofbauer (en un prologue, sept tableaux et un épilogue)*; Uvrier (Suisse), CssR., 1951; 8°, 80.

In introductione auctor huius ludi scenici habet: « Pour la seconde fois, à la demande des PP. Rédemptoristes, nous tentons de célébrer un de leurs saints patrons, le premier étant, en 1949, *Saint Gérard, fou comme son Dieu. Jeu* » de célébration » avons-nous dit, il nous semble que *C'est sûrement un homme très riche* pourrait fort bien être joué en d'autres circonstances que celles qui l'ont fait maître: Les tableaux de la vie de Saint Clément ont assez de pittoresque pour retenir l'attention d'un public quelconque ». Ludus primum actus est a studentibus in Uvrier, die 29 XII 1951, dirigente RP.e Th. Rey-Mermet, collegii directore.

GAGNON, GABRIEL, *Un glorieux bicentenaire. S. Clément M. Hofbauer*; Montreal, 404
CssR., 1951; 8°, 16.

Bicentenario do nascimento de S. Clemente Maria . . . 1751-1951; Aparecida, Off. 405
Graf., 1951; 16°, 28.

FASCICULI PERIODICORUM, QUI A FRATRIBUS CSSR.,
OCCASIONE CENTENARII HOFBAUERIANI 1951,
SPECIALI MODO S. CLEMENTI DICATI SUNT

Amici, Gli, di S. Alfonso (Palermo) 20 (1951) 81-100 (fasc. 6). *S. Alfonso e S. Clemente* 87-90; *S. Clemente e i giovani* 95-97.

Klemens-Blätter (Wien) 17 (1951) 51-94 (Festnummer März-April 1951). J. LECHNER, *Beichtvater der verlorenen Söhne* 55-59; *Programmvorschau für das St Klemensjahr März-April 1951* 94.

S. Alfonso. Rivista mensile di apostolato alfonsiano (Pagani) 22 (1951) 41-60 408-
(fasc. 3) *Bicentenario Hofbaueriano 1751-1951*.

Provincia Mater annum bis centenarium quo s. Clemens ortus est, non transire voluit, nisi magno s. Alfonsi discipulo tributum suae quoque devotionis obtulerit. Belle igitur moderatoribus periodici menstrui provinciae haec res in mentem venit, fasciculum mense martio edendum Clementi nostro dedicandi.

Contribuerunt vero ad hunc fasciculum clementinum formandum director redactionis, RP. L. M. DI CHIO, *Commemorazione*; domina E. BOCCIA. Questi il Padre tuo! et RR. PP. nostri CAPONE, S. Clemente, l'uomo di S. Alfonso 46-49; GREGORIO, S. Alfonso M. de Liguori e S. Clemente M. Hofbauer 42-45; HENZE, S. Clemente nel giudizio del filosofo-teologo Antonio Günther 53-54; SZRANT, S. Clemente M. Hofbauer maestro dello spirito alfonsiano 56-58.

Volksmissionar, Der (Bonn) 20 (1951) 98-127 (fasc. 4). *Ein moderner Apostel 109* 104-105; *Vater der Waisenkinder* 106-107; *Wien ehrt seinen Stadtpatron* 108-109; *Hofbauer unter den Studenten Wiens* 116-117.

Zending, St. Gerardusbode (Leuven) 55 (1951) 177-192 (fasc. 12). *De kerstboom 410 van Maria Hofbauer* 178-180; M. DE MEULEMEESTER, *De H. Clemens M. Hofbauer en ons land [s. Clem. et Belgium]* 181-183.

SINGULI ARTICULI, IN PERIODICIS NON NOSTRIS EDITI

- * BREITENFELD, WALTER C., *The Apostle of Vienna. The second centenary of St. Clement Maria Hofbauer: The Tablet* 5 I 1952, 7-9.
- LÖW G., *L'influsso di S. Clemente M. Hofbauer sul romanticismo tedesco: Italia cattolica. Rassegna della civiltà cristiana* 4 (1951), 91-92.

Ne displiceat si ipse huius brevis disceptationis auctor eiusdem saltem titulum hic quoque describat; fasciculus cui illa inserta erat, totus s. Alfonso dedicatus fuit; sed cum ageretur annus a natalibus s. Clementis bis centenarius, non extra rem videbatur, adiungere brevem quandam mentionem alias Sancti nostri qui specialem exercuit apostolatum ope discipulorum suorum qui in rebus litterariis germanicis excelluerunt.

De festivitatibus occasione Iubilaei 1951 conferatur omnino HENZE CLEMENS, *Annus 1951, annus clementinus: Analecta CssR.* 24 (1952) 25-29.

3. BIOGRAPHIAE MAGIS « POPULARES »

- CARR, JOHN, *St. Clement, patron of Vienna*; London, Sands, 1939; 8° (18,5 x 12,5), 222.
- * HÜNERMANN, WILHELM, *Pater Hofbauer, der Fähnrich Gottes*; Innsbruck, Tyrolia Verlag, 1936; 8° (20,5 x 13,5), 330. — 2^a ed. *Der Bäckerjunge von Znaim*; ibid. 1947.
- GALVIN, JAMES J., *Listen Vienna. The life of St. Clement M. Hofbauer. Translated and adapted from the original german of Wilhelm Hünermann*; New York, Perp. Help Press, 1952; 8° (20 x 13,5), 307. — Prius public.: *Perpetual Help* 14 (1951).
- JANSSEN, HERMAN, *Een uit de voorste linie, S. Clemens M. Hofbauer*; Roermond, Van d. Marck, 1939; 8°, 152. — Prius public.: *De Volksmissionaris* 59-60 (1937-38 - 1938-39).
- HELMER, HANS, *De H. Clemens M. Hofbauer*; Bussum, Brand, 1946; 8° (20 x 15), 187.
- * MAILLER, HERMANN, *Der Gesandte Gottes. Ein Roman vom Wiener Kongress*; Wien, Domverlag, 1948.
- HORTELANO, ANTONIO, *Un apóstol moderno, S. Clemente M. Hofbauer*; Mexico, Ed. Gerardo Mayela, 1953; 16°, 81.

Duodecim capitula quorum primum summatim describit iter auctoris Roma Vindobonam factum unde rationem deducit edendi hunc liberculum popularem, cetera vero paucis lineis depingunt vitam et activitatem sancti Clementis modo, ut iam dictum est, populari.

Opusculum pro cognitione nostri Sancti apud fideles linguae hispanicae certo utile.

- * MAURER, F. F., *Johannes Clemens M. Hofbauer, et helgenlevned fra nyere tid*; København, Pauluskredsen, 1941; 8° (20 x 13,5), 144.

4. STUDIA PARTICULARIA

422

- * GANZER, KARL R., *Der heilige Hofbauer, Träger der Gegenreformation im 19. Jahrhundert*; Hamburg, Hanseatische Verlagsanstalt, 1939; 8°, 71.

Liberculus quo redditur oratio habita ab auctore in Universitate Berolinensi, in « Reichsinstitut für Geschichte des neuen Deutschland » (Institutum germanicum pro historia Germaniae recentioris) die 1 dec. an. 1938, novem menses postquam Austria in magnum « imperium » hitlerianum absorpta est. Sanctus noster Clemens, magnus catholicismi austriaci regenerator, iis qui novo « imperio » praeerant eiusque « culturam » dirigebant, multum obnoxius fuit; tenebant eum virum « politicum », qui spiritum genuinum « germanicum » artibus religiosis catholicis depravasset; virum « fanaticum », qui omnibus modis religioni catholicae propriis agere et procedere scivisset. Supra modum hi magnaे Germaniae viri timebant influxum sacerdotum catholicorum in confessionibus exercitatum — Sanctus vero noster confessionibus sacramentalibus et animarum directioni magnam partem adtribuit, Artes « iesuiticae », « imperialismus papalis », « antigermanus mundus moralis Ignatii, Alfonsi, Clementis » ingentem timorem incutebant. Sanctus Hofbauer, pro studiosis historicis regiminis hitleriani, ut *persona nihil*, ut *typus sancti catholici, romani, papalis*, problema summae valoris erat. Tota tractatio auctoris versatur in demonstrando quod s. Clemens et sua sanctitas personalis (« exaltata »), sua actio religiosa-politica, in qua exercenda non dignatus est adhibere etiam aliquos viros conuersos ex iudaismo (crimen maximum apud doctos illius regiminis!), suus amor Romani Pontificis, periculosissimi erant et omnino alieni a vera natura animae germanicae, quae opera Sancti (et Ecclesiae catholicae) depravata esset. Insuper actus Canonizationis s. Clementis, anno 1909, ex parte Papatus Romani nihil aliud erat atque pars actionis politicae pontificalis, qua Germania ex omni parte ab inimicis circumdaretur (« Einkreisungspolitik »), eo fine ut tandem vi et bello destrueretur. Ita autor. — Opusculum — negari non potest — scriptum est cum arte et cum usu fontium in propriam thesim affabre conversorum.

423

- RANDAG, WILLEM, *Clemens M. Hofbauer: Het Schild* 24 (1946-47) 56-60, 79-85, 128-133.

Haec articulorum series speciem quamdam apologiae, s. Clementis praefert, vel melius, exemplo nostri sancto demonstrat quomodo hodiernis quoque temporibus eiusdem activitas in variis campis culturae religiosae tamquam exemplum imitandum valeat.

424

- DONNER, L. - NIEMANN, H., *Brevi de reliquiis S. Clementis Hofbauer novae tractationi conservatrici subiectis relatio: Analecta CssR.* 25 (1953) 106-107.

425

- * BAXA-JACOB, *Klemens M. Hofbauer und die Wiener Romantik: Die österr. Furche* 17 III 1951.

426

- * CAROLUS, F., *St. Clemens M. Hofbauer, der Apostel Wiens*; Wien 1947.

427

- * EULER, K., *St. Clemens M. Hofbauer*; 1947.

428

- * GÖHLER, H., *Der Romantikerkreis in Pinkafeld und seine Beziehungen zu Klemens M. Hofbauer: Die Burgenländischen Heimatblätter* (Eisenstadt) 1946.

- LÖW, GIUSEPPE, *Clemente Maria Hofbauer: Enciclopedia cattolica III* (1950) 429
1857.
- * MISKOLCZY, JULIUS, *Von der Wiener Romantik zu Ungarns Wiedergeburt*. 430
Clemens Hofbauer und Stephan Széchényi: Die österr. Furche 8 VI 1946.
- TATARELLI, FRANCESCO, *La romanità di un santo tedesco: L'Osservatore romano* 431
16 III 1952, 3.

5. *SCRIPTA MAGIS DEVOTIONEM SPECTANTIA*

- CAMPOS, JOSÉ, *Novena a S. Clemente Hofbauer*; Mexico, Ed. Gerardo Mayela, 432
1953; 16^o, 24.
- DE BONT, JACOBUS F., *Kerkboek van den H. Clemens M. Hofbauer*²; Rotterdam, 433
CssR., 1938; 16^o (12,5 × 8,5), 334.
- ID., *H. Clemens M. Hofbauer, patroon van de bakkers [S. Clem. patronus pistorum]*: *De R. K. Bakker, officieel orgaan van den Ned. R. K. Bakkerspatroonsbond* (Vught) 19 (1937) 277-278. 434
- LODDERS, ANTOON, *Nieuw noveenboekje van den H. Clemens M., patroon in hopeloze zaken*³; 's Hertogenbosch, Z. N. Drukkerij, 1940; 16^o, 56.

III

OPERA VARIA

- Rivista di Storia della Chiesa in Italia*; Roma, Istituto Grafico Tiberino, 436
1947 ss.

Libenter fratribus indicamus commentarium periodicum, historiae Ecclesiae in Italia illustrandae dedicatum, et inde ab anno 1947 divulgari coeptum, cui titulus: *Rivista di Storia della Chiesa in Italia*. Exit Romae ternis fasciculis annuis. Materia tractanda sequentibus rubricis disponitur: 1. Singula studia maiora suis quisque titulis proponuntur; 2. *Comunicazioni*; 3. *Recensioni*; 4. *Cronaca*; 5. *Bibliografia*, quae ita dividitur: *Storia generale*, et *Storia locale*; prima disponitur per ordinem saeculorum, altera per Italiae regiones.

Nemo non videt haec folia periodica nostris studiis historicis peculiaribus multam afferre posse utilitatem. Certeum est, quicumque sibi proponat de argumentis quae ad historiam Italiae ecclesiasticam referuntur agere vel indagare, nunc percurrere debere paginas dicti commentarii.

Quod nostram historiam proxime attinet, non paucae inveniuntur notitiae sive de archivis sive de libris quae res neapolitanas magis spectant, a studiosis nostris vix negligendae.

St. HILPISCH, *Das Benediktinertum im Wandel der Zeiten*; St. Ottilien, Eos 437
Verlag der Erzabtei, 1950; 8° (20 x 11,5), XII-203. = *Benediktinisches
Geistesleben* 2.

Auctor doctissimus, per alia clara opera eiusdem generis optime indicatus, brevem, sed densam praesentat expositionem historicam notionis monasticae, qualiter a s. Benedicto in rem traducta fuerit, et qualiter, temporum decursu, secundum varia rei ecclesiasticae, publicae, socialis adiuncta, se explicaverit.

Ibidem, p. 152, loquens de P. Paulo de Sault (m. 1724), notare non omittit s. Alfonsum eiusdem scripta novisse atque laudasse.

L.

W. BONAVENTURA A MEHR OFM Cap., *Auxilium scriptorum. Praecepta, con- 438
silia, subsidia, manuscriptis prelo parandis, imprimis operum et commenta-
riorum quae latine vulgantur*; Romae, Officium libri catholici, 1953; 8°, 57.

C1. Autor, socius Instituti historici Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum, Romae, notus est voluminoso opere de praedicatione Fratrum Minorum Capulatorum tempore restorationis catholicae (1), quod propter exactitudinem et amplitudinem laboris tamquam exemplar imitandum laudatum est. Haec breviter praenotentur.

Accurata manuscriptorum praeparatio pro eorum typographica evulgatione magisque in veram artem excrevit, quae certis regulis et consuetudinibus haud negligendis regitur. Nec defuerunt opera quae vel totam hanc artem, vel saltem eiusdem partem magis materialem seu externam describunt (2).

Rectores quoque Institutorum quae proprias solent curare publicationes, vel Directores foliorum periodicorum, naturae scientificae, non raro proprias ediderunt leges ab iis sequendas qui ipsis operam suam praestare velint (3).

Ecce nobis aliud novissimum opusculum quod de parandis manuscriptis, nec sane in cassum agit. Quamquam enim ex una parte certum est, nondum omnium auctorum qui has regulas tractant, unanimem consecutam esse methodum in allegandis operibus, faciendis adnotationibus, efformandis abbreviatiobibus et siglis aliisque huiusmodi, ex altera tamen parte non desunt multa elementa de quorum usu etiam internationali constare videtur.

Valde, ne dicam nimis, accurate, auctor indicationes utiles pro externa manuscriptorum redactione concinnavit, speciali vero mentione dignum esse videatur capitulum V *De siglis et abbreviationibus* in genere; IX *Series siglorum Ordinum et Institutorum religiosorum*, raree amplitudinis; X *Series abbreviationum praecipuarum collectionum et commentariorum periodicorum*, quae 14 densas columnas complectitur.

Opusculum, ut breviter dicamus, fratribus qui scientificis publicationibus edendis incumbunt, valde commendabile.

L.

ADNOTATIONES

1). BONAVENTURA VON MEHR OFMCap., *Das Predigtwesen in der Kölnischen und Rheinischen Kapuzinerprovinz im 17. und 18. Jahrhundert*; Rom, Inst. Hist. Cap., 1945; 8°, XXXII-484. - Auctor, originis de Westfalia, ad eandem provinciam pertinet de qua egregie scripsit.

- 2) Exempli gratia quaedam ex magis notis operibus huius speciei hic adducimus.
- a) Opera lingua latina exarata:
- GUIBERT, JOSEPHUS DE, SI., *Breves adnotationes in cursum methodologiae generalis*²; Romae, Univ. Gregoriana, 1944; 8^o, 96. - Haec editio secunda, post mortem auctoris (1942), cura L. HERTLING SI. prodiit.
- KURTScheid, BERTRANDUS, OFM., *De methodologia historico-iuridica. Breves adnotationes ad usum scholarium*. Ed. altera quam curavit P. LIVARIUS OLIGER OFM.; Romae, Officium libri cath., 1947; 8^o (22,5 × 16,5), 107.
- b) Opera lingua germanica exarata:
- FONCK, LEOPOLD SI., *Wissenschaftliches Arbeiten. Beiträge zur Methodik und Praxis des akademischen Studiums*³; Innsbruck, F. Rauch, 1926; 8^o (22,5 × 15,5), VIII-396. - Haec ultima editio (tertia, an. 1926), est reproductio «anastatica» ut vocatur, editionis secundae, an. 1916. Prima editio an. 1908 conversa est in linguam italicam (Roma 1909), gallicam (Paris 1911) etc.
- SPIELER, JOSEF, *Einführung und Anleitung zu wissenschaftlichem Denken und Arbeiten. Materie, Geist, Technik*; Olten, O. Walter, 1946; 8^o (18,5 × 11,5), 192.
- KLIEMANN, HORST, *Praktikum der geistigen Arbeit. Von Tabellen, Karteien und anderen nützlichen Dingen* II.-15. Taus.; Stuttgart, Franckh, 1950; 8^o (20,5 × 14,5), 152.
- HEYDE, JOHANNES E., *Technik des wissenschaftlichen Arbeitens*⁴; Berlin-Charlottenburg, R. Kiepert, 1951; 8^o (20,5 × 14), VI-158.
- c) Opera lingua gallica exarata:
- HALKIN, LÉON E., *La technique de l'édition. Conseils aux auteurs pour la préparation de leur copie et la correction des épreuves*⁵; Paris, Desclée-de Brouwer, 1948; 8^o, 40.
- VAN STEENBERGHEN, FERNAND, *Directives pour la confection d'une monographie scientifique avec applications concrètes aux recherches sur la philosophie médiévale*⁶; Louvain, Inst. Sup. de Phil., 1949; 8^o, 86.
- GUITTON, JEAN, *Le travail intellectuel. Conseils à ceux qui étudient et à ceux qui écrivent*; Paris, Aubier, 1951; 8^o (19 × 12), 189.
- 3) Pro exemplo sint haec duo opuscula:
- Encyclopedie Cattolica. Norme per i collaboratori*; Firenze, Sansoni, s. a.; 16^o, 61; [MOHLBERG, CUNIBERTO, OSB.], *Norme per le pubblicazioni del Pontificio Istituto di Archeologia Cristiana*; Città del Vaticano, Tip. Poligl. Vaticana, 1942; 8^o, 16.

SUMMARIUM

PAG.

Dedicatio	3
Decretum de instituendis commentariis historicis Congregationis SS. Redemptoris (R.mus P. L. Buijs)	5-6
Praesentatio (Socii redactionis)	7-10
IN PIAM MEMORIAM R.MI PATRIS GENERALIS LEONARDI BUIJS CSSR. (Socii redactionis)	11-58
De vita P.is Buijs ante generalatum (1896-1947)	11-15
Patria, 11. — Familia, 12. — Vocatio, 12. — Studia in Wittem, 13. — Studia Romae peracta, 13-14. — Professor in Wittem, 14. — Activi- tas pastoralis, 14-15. — Assumptio in regimen Provinciae et Congre- gationis, 15.	
De generalatu R.mi P.is Buijs (1947-1953)	15-42
<i>De litteris circularibus et de communicandis R.mi P.is Buijs</i> A. Litterae circulares, 16-17. — B. Communicandae, 17-18.	16-18
<i>De itineribus maioribus P.is Generalis Buijs</i>	18-21
<i>De conventibus maioris momenti P.e Buijs gubernante habitis</i> 1. Congressus circa apostolatum nostrum specificum, 22-23. — 2. De conventibus de regimine et de observantia, 23-24. — 3. De congres- sibus paedagogicis, 24.	22-24
<i>De statu Congregationis, qualis fuerit tempore regiminis P.is Buijs</i>	24-31
1. Nova dispositio territorialis nostrarum provinciarum in Francia et Helvetia, 25-26. — 2. Nova dispositio territorialis nostrarum pro- vinciarum in America meridionali, 26-29. — 3. Mutationes provincia- rum vel viceprovinciarum singulares, 29-30. — 4. De missionibus recens assumptis, 30-31. — 5. Conspectus « statisticus », 31-32.	
<i>De cura circa domos educationis et formationis</i>	32
<i>De centro studiorum romano</i>	32-36
1. De bibliotheca generali, 33. — 2. De Collegio maiore, 33-34. — 3. De Academia alfonsiana, 34-35. — 4. De « Cursu romano », 35-36.	

<i>Quomodo defunctus P. Generalis cultum et spiritum s. Alfonsi foverit</i>	36 40
1. De exuviis et effigie s. Alfonsi, 36-37. — 2. De statua B. Mariae V. « ai Monti » et de primitiva domo Scalensi seu « Casa Anastasio », 37. — 3. De editione « photomechanica » <i>Theologiae moralis</i> , 37-38. — 4. De editionibus popularibus operum s. Alfonsi, 38. — 5. De editione critica operum asceticorum, 38. — 6. De necessitudine inter « aptationem » nostrae Congregationis et spiritum genuinum s. Alfonsi, 38-40. — 7. De cura P. is Buijs pro fratribus laicis, 40.	
<i>Cur et quomodo R. mus P. Buijs studia historica de nostro Instituto promoverit</i>	40-42
1. De archivo generali, 41. — 2. De Congressu historico, 41-42. — 3. De Instituto historico, 42. — 4. De publicationibus historicis officiis, 42.	
<i>De ultimo morbo et de obitu R. mi P. is Buijs</i>	42-45
Infirmitas, 43. — Operatio, 43. — Mors, 44. — Funeralia, 44-45.	
<i>Appendix</i>	46-53
1. Epistula R. mi P. is I. Ianssens SJ. ad Pl. RP. em L. Quittelier CssR., 8 nov. 1953 (De nova editione Exercitorum s. Ignatii), 46. — 2. Epistula Sororis Basilicae ad Sororem Gulielminam Buijs, 1 sept. 1953 (De infirmitate et morte P. is Buijs), 46-51. — 3. Oratio funebris habita a Pl. RP. e A. Vor, 7 iul. 1953, 51-53.	
<i>Adnotationes</i>	54-58
DOCUMENTA	
<i>BERNARDS, PETRUS, Diploma s. Alfonsi in Archivo vaticano inventum Transcriptio textus diplomatis, 61-64. — Synopsis diplomatis, 65. — Adnotationes, 66.</i>	61-66
<i>TELLERÍA, RAYMUNDUS, Documenta vaticana de apparitionibus, Scae lae, in s. Hostia observatis, an. 1732, 1733</i>	67-82
Introductio, 67-69. — Epistulae variae ..., 70-75. — Acta summa ria processus ..., 75-82.	
<i>HOSP, EDUARD, Dokumente über die Anerkennung des P. Passerat als Generalvikar CssR.</i>	83-101
Summaria documentorum descriptio (L.), 83-85. — Dokumente 1-24, 85-100. — Anmerkungen, 101.	
STUDIA	
<i>« ALFONSO DE LIGUORI », DE COGNOME ET NOMINE S. ALFONSI BREVIS DISQUISITIO</i>	105-118
<i>Praemissa (L.)</i>	105
<i>GREGORIO, ORESTE, Ricerche storiche intorno al cognome di s. Alfonso</i>	106-113

LÖW, Iosephus, De nomine Alfonso	114-118
DE CONSTITUTIONIBUS CAPITULARIBUS AN. 1764 CONDITIS	119-169
Praemissa — Nota (Socii redactionis)	119-120
GREGORIO, ORESTE, Le Costituzioni redentoriste del 1764	121-144
Summarium, 121. — Introduzione, 122-23. — Inaugurazione del Capitolo, durata, e presenza di s. Alfonso, 123-127. — Giudizio dei Padri Landi e Tannoia, 127-131. — L'opera del P. Antonio Tannoia, 131-133. — I codici cartacei delle Costituzioni del 1764, 133-135. — Le Costituzioni del P. Blasucci, 135-136. — I Capitoli generali del 1802, 1817, 1824, 136-137. — Consulte, visite canoniche e circolari dei Superiori generali, 140-141. — Conclusione, 140-141. — Note, 142-144.	
TELLERÍA, RAYMUNDUS, De Capitulo an. 1764 Nuceriae Pagano-rum (Pagani) celebrato, necnon de eiusdem Constitutionibus adnotationes historicae	145-168
Praenotamina, 145-146. — De nostrarum Constitutionum evulutione, 146-150. — De fontibus Capituli an. 1764, 150-161. — De Constitutionibus an. 1764 usque ad s. Alfonsi mortem, 162-164. — De Constitutionibus an. 1764 post mortem s. Alfonsi usque ad editionem Leodiensem an. 1849-1850, 164-167. — De Leodiensi Constitutionum editione ac de Capitulo generali an. 1855, 167-168.	
CACCIATORE, GIUSEPPE, Due scritti inediti di s. Alfonso intorno al Quietismo	169-197
Summarium, 169. — Appunti ricavati dagli scritti del Card. Petrucci, 170-190. — «Appunti per l'enchiridio mistico», 190-196. — Note, 196-197.	
LIÉVIN, GERMAIN, L'abandon à la volonté de Dieu dans la spiritualité de s. Alphonse de Liguori	198-211
ZETTL, ENGELBERT, Hundert Jahre süddeutsche Redemptoristen	212-220
Summarium, 212. — Entstehen und Werden, 212-215. — Verban-nung, 215-216. — Neues Leben und Wachstum, 216-219. — Docu-menta, 219-220.	

COMMUNICATIONES

GREGORIO, ORESTE, S. Alfonso ha stampato o almeno scritto una bio-grafia di Mons. Tommaso Falcoia?	223-229
LUEGER, WILHELM, Das Duetto des hl. Alfons in der Ausgabe von Max Dietz	229-233
DI CAPUA, FRANCESCO, La « Predica grande » dei Redentoristi e la « Modulatio oratoria » degli antichi	234-240
LÖW, IOSEPHUS, Excerpta ex epistulis P. is Ioannis Ph. Roothaan, Praep. gen. SI., in quibus de nostris agitur	240-244